

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Elemosina x
cum fonte primo

Qui indigenti elemosinam tribuit,
nec pro delicto spernit, misericordiam uere facit.
Natura enim respicienda est, non persona.

Da misericordi et ne suscipias peccatorem....
qui indigenti elemosinam tribuit.
nec pro delicto spernit. misericordiam fere facit.
natura enim respicienda est non persona.

Glossa ordinaria, liber ecclesiastici, 12.4 interlin.
(Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed.,
Strassburg, 1480).

Qui enim dat indigenti peccatori
non quia peccator est, sed quia homo est,
non peccatorem sed iustum nutrit.

Da bono et non receperis peccatorem etc....
Qui autem dat indigenti peccatori.
non quia peccator est. sed quia homo est.
non peccatorem sed iustum nutrit.

Glossa Ieronymi super illud Ecclesiastici XII.:
Da misericordi et ne suscipias peccatorem.

Glossa ordinaria, liber ecclesiastici, 12.5
(Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed.,
Strassburg, 1480).